



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Assertio Septem Sacramentorum Aduersus Mart. Lutherum

Heinrich <VIII., England, König>

Parisiis, 1562

Avthor Hoc In Prologo Taxat Lutherum, quem ad vnguem vsque depingit,  
asserens rationem atque materiam, simul & ordinem eorum qua  
prosequetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30233**

AUTHOR HOC  
IN PROLOGO TAXAT

Lutherum, quem ad vnguem vsque  
depingit, asserens rationem atque  
materiam, simul & ordinem  
eorum qua prosequetur.

Cantic. 2.



CHRISTI vox in canticis  
est: Capite nobis vulpes  
paruulas, quæ demoliuntur  
vineas. Qua plane monet  
hæreticos esse capiendos  
antequam adolefcant. Nam hi vulpinis  
fraudibus vineas, hoc est ecclesiam Chri-  
sti demoliri student. Optarim igitur vt  
hâc vocem audiiffent hi, quibus ex officio  
incumbit hæreticos, dum paruuli sunt,  
comprehendere. Neque enim hodie tam  
grauis efflet in ecclesia tēpeftas & rerum  
omniū perturbatio, SI LUTHERVS  
dum efflet vulpecula, fuiffet repressus. At  
nunc euasit in vulpem grandiusculam,  
annofam, & veteratricem, tot dolis, astu-  
tiis, artibus instructam, vt medium teneri  
difficillimum fit. Sed quid dixi, vulpem

Prela-  
torum ne-  
gligentia  
nascuntur  
errores.

Malitia  
Lutheri de-  
pingitur.



parum est: canem dixissem rabidum, imò  
lupum rapacissimum, aut sæuissimā quā-  
dam vrsam, quæ raptis catulis, furore  
quodam agitur: vel magis hæc omnia si-  
mul. Multas enim hoc monstrum intra  
se bestias alit. Sed & eiusmodi nomē cla-  
turis apprime gloriatur. Seipsum enim  
appellat vrsam & leenam. Nam & vtrā-  
que se futurum catholicis pollicetur. Lu-  
therum (inquit) habebitis vrsam in via, &  
leenam in semita. In eiusmodi monstrum  
euasit ex vulpecula iam tandem Luthe-  
rus. Vulpem enim egit aliquādiu fraudi-  
bus, mendaciis, subterfugiis. deinde canis  
factus est, impudentia, latratu, mordacita-  
te. Lupum postea se præbuit rapacitate,  
feritate, laniatu. Postremo leenam & vr-  
sam ostentat sese, furore, sequitia, crudeli-  
tate. Portentosa certe belua est, adeo ut  
nec earum bestiarum, quas Daniel in ma-  
ri vidit, horrenda monstrositas poterit  
huius vnius beluæ malitiam sufficienter  
exprimere. Oculos habet quasi hominis,  
quia nihil supra hominem videt, & ta-  
men perinde atque si fuisset aliquādo ra-  
ptus in tertium cœlum, os eius ingentiā  
loquitur: lingua præditus est virulentissi-

*Plurima  
mala efficit  
Lutherus.*

*Appropria-  
ta Lutheri  
metaphora.*

*Vulpes.*

*Canis.*

*Lupus.*

*Leena.*

*Vrsa.*

*Danielis. 7.*



## Prologus.

*Lutherus male à principibus defensus in perniciem ecclesie.*

*Regis Angliæ commendatio.*

ma: dentibus armatur plusquam ferreis, quibus & insatiabiliter carnes hominum vorat, & comminuit omnia, conculcans pedibus quicquid est reliqui. Eiusmodi sane portentum Lutherus ex vulpecula factus est, talemque iam speluncam in tuto delitescat comparavit sibi, ut securus omnem sui putentis pectoris pestilētissimum halitum ac letale virus heresum suarum in totum orbem efflet, nemineque non conuiciis, probris, contumeliis, atque id quidem quantum excogitare poterit acerbissimis infectatur, si quis ei contradixerit, ut nec regum alioqui potētissimorum ullam hæc belua rationē habeat. Nuper enim, eius admonendi gratia, Rex Angliæ, non minus armis, quam literis inclytissimus, quosdam illius taxavit errores, hortatus ad resipiscentiam: cui quum debuit Lutherus, ceu pio monitori, gratias egisse, nullum tamen conuiciandi genus prætermisit, quod non in ipsum iactaretur, & plus quam cynicè. Neque enim aut sacræ eruditionis, quam ipse profiteatur, aut reuerentiæ tanti principis respectum ullum habuit, sed velut insanus & rabidus omnem sui pectoris furiã in Regem



Prologus.

tam illustrissimum. effudit, vt demirer-  
quomodo quisquam illius dogmatibus  
fidē adhibeat, quum aduertat eum Chri-  
sti mandatis tam aperte cōtrauenire. Sed  
miseram plebem ita iactabundis assertio-  
nibus, ac vanis pollicitationibus allexit &  
agglutinavit sibi, vt velut prophetam il-  
lum venerentur. Neque enim quisquam  
aut impudentius, aut arrogātius de seipso  
iactare poterit, quā in eius libelli prin-  
cipio, quem aduersus eruditissimum Re-  
gem scripsit, Lutherus facit. Sic enim ait.  
Certus sum dogmata mea habere me de  
cælo. Quia etiam aduersus eum triūpha-  
ui, qui in vngue nouissimo plus habet  
virtutis & astutiæ, quā omnes papæ, re-  
ges, & doctores.

O mirā arrogantiam. O mōstrum hor-  
rendum. O frontem impudentissimam.  
Quis vnquam audiuit beluam tam aperta  
mendacia de se prædicantem? Sexcentis  
eius libri scatent erroribus, & tamen af-  
firmare non pudet se certum, sua dogma-  
ta se habere de cælo. Ad quodlibet im-  
properium à statu mentis deiicitur, & fit  
impos sui, & tamen de dæmonibus trium-  
phare se gloriatur. Cæterū ne vitia quæ-

*Lutheri ma-  
licia et astu-  
tia. v̄to fab-  
se doctrinæ  
seducit vni-  
gus.*

*Lutheri in-  
stantia.*

cc.

cc.

cc.

cc.

cc.

cc.

*Plurimi Lu-  
theri erro-  
res.*



*Lutherus cōtorquet scripturas factas.* *Authoris intentio.* *Materies & ordo agendorum.* *Prologus*  
dam apertissima iactantiæ suæ fidem abrogent, ea subdole per scripturas, non absque vi contortas, tegere molitur, uti mox aperiemus. Nos ergo pro virili nostra dabimus operam, ut huius beluæ fraudes, mendacia, caninaque rabies, & impudentissima venditatio sui, quibus in libello contra Regem inuictissimum usus est, quàm breuissime poterimus, detegatur.

Sed futuram disceptationem, quo fiat apertior, in duodecim capita digeremus, iuxta seriem quam ille seruauit in libello suo.

**CAPVT PRIMVM.**

Lutheri iactabundam arrogantiam aperte mendacem esse.

**SECVDVM.**

Apologiam item inanem, qua vitia quædam insignia tegere laborat.

**TERTIVM.**

De communicatione plebis, ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

**QVARTVM.**

Non manere substantiam panis cum sacrosancto Christi corpore.

**QVINTVM.**

Missam haudquaquam testamentum esse.

Sextum.